

(12. u. Forts.)

sepulchro domini sola lintheamina remaneant
 ipso domino abscedente. Et ut tropice loquamur
 sacre religionis corpore velut a fera pessima
 devorato tantum ipsa tunica Ioseph habitus
 videlicet monachalis superasse cernitur.
 Cuius etiam habitus asperitas et nigredo
 sicut venerabili doctore Iohanne Andree super
 Clementina de iure testante didicimus in
 mortificationem carnis et vitiorum olim
 fuit inventa. nunc virtutum obfuscationes
 per illam designantur. Hec omnia et singula
 nostre religionis obprobria cum diligenter
 pensamus tanti dolore cordis intrinsecus
 dolenter referimus et referendo dolemus.
 Ne itaque sanguis animarum nobis commis-
 sarum in tremendo dei iudicio de manibus
~~sane~~ nostris requiratur et pro remissione
 ac negligentia iniuncti officii sceleris argu-
 amur oientes indul^u ~~tax~~ doctrinam
 magistri nostri sancti benedicti. quod ~~ad~~
 ad abbatem respicit quicquid a discipulis
 delinquitur. || et culpe pastoris incumbere
 quicquid in ovis pater familias utilitatis
 minus potuerit invenire. Nos proinde
 Hartungus divina miseratione abbas mona-
 sterii scti Emmerami in Ratispona ordinis
 sancti Benedicti Ratisponensis diocesis.
 nostram nostrorumque subditorum procuratorum
 salutem. de consilio et consensu fratrum nostre
 congregationis. prebitaque deliberatione matura

ambr.
 fort.

1 v